

Xa
3408



D. 17



NOVO
 ERVDITIORIS ORBIS
 PRÆSIDIO AC DELICIO
 REVERENDISSIMO AC SERENISSIMO
 PRINCIPI AC DOMINO

**DN. MAVRITIO
 VVILHELMO,**

DVCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC
 MONTIVM, POSTVLATO ADMINISTRATORI
 PRÆSVLATS NVMBVRGENSIS, LANDGRA-
 VIO THVRINGIÆ, MARGGRAVIO MISNIÆ,
 NEC NON VTRIVSQVE LVSATIÆ, PRINCIPI
 HENNEBERGICO, COMITI MARCÆ ET
 RAVENSBERGÆ, DOMINO RA-
 VENSTEINII,

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO,

DE
 GENETHLIIS XXV
 D. XII. MARTII. ANN. CHR. *cl* *bc* LXXXIX.

FELICITER EXORTIS,
 ET PEGAVIÆ AD ELYSTRVM IN ÆDIBVS
 PRINCIPALIBVS

VNA CVM

SERENISS. CELSISSIMISQVE
DNN. FRATRIBVS

SOLENNITER CONCORDITERQVE
 CÉLEBRATIS
 SVBMISSISSIME GRATVLABATVR

L. JOACHIMVS FELLERVS, CYGN.
 POES. PP. IN ACAD. LIPS. HVSQVE
 BIBLIOTHECARIVS.

LIPSIÆ,

Typis CHRISTOPHORI GVNTHERI.





Audierat nuper Philyræ ad tria flumina
 Vates,
 Non gravis ille quidem, sed quem (si vera
 fateri,
 Citra animi fastum, fas est) sua gesta co-
 thurno

Aptare, invicto rabiem qui Marte tyranni
 Contudit Odrysii, mox perfidi & effera Galli
 Arma repressurus, LEOPOLDI Gratia jusfit,
 Quemque PATRIS Divi fortissima facta canentem
 BRENNUS adhuc vivens (vivat, vincatque, paternum
 In morem, oppositos quosvis feliciter hostes!)
 Par veteri Augusto, regali munere maatum
 Reddidit, æterna maatum & ipse Camena:
 Audierat vates, inquam, Natalia Magni
 Mox oritura Ducis, WITEKINDI ex sanguine nati,
 Saxonix qui scepra tulit regalia prisca,
 MAURITII WILHELMI, omnes cui contulit artes
 Calliope, atque omnes Veneres Charitesque Dione,
 Juraque, quæ populo fas dictare, omnia Pallas,
 Historiasque omnes Mneme, stirpesque potentum,
 Cunctarumque simul momenta potissima rerum,
 Aonii ut mereat decus appellarier orbis
 Præsidiumque ingens. Mox ergo ardenter anhelans

Tam



Tam celsi doctique Ducis, post sidera sancti
Bina illa Imperii, pulchro lustrarier astro,
(Nam placido & Mysium dignatur lumine Pindum)
Gestit Elystrinae vidisse palatia molis,
Qua fasces Saxo ille gerit; festinat & illuc
Præpete Atlantiadae curru, ut solennia Cizæ
Annua concelebret Ducis hac ætate stupendi,
Propitietque suis gratanti hunc carmine Musis.
Sed Cizæ dum culta petens, approximat urbi
Picaviæ, illustri quæ fundatore WIPERTO,
Groitschenfi Comite, & Mysiaæ forti Hectore terræ,
Quondam aluit Monachos BENEDICTI nomine claros,
Atque Kalendarum, jam desita nomina, Fratres;
PRINCIPEM adesse videt votis tot mille petitum,
Et sua cum celsis celebrare Genethlia lætum
FRATRIBVS, ex alio tunc ad sese orbe reversis,
Raucisonos bombos inter, cantusque tubarum.
Heic ergo advertens festo fervere tumultu
Omnia, & in plausus urbem consurgere totam,
(Martii enim bissena dies Natalia chari
PRINCIPIS attulerat, rutilis signanda pyropis,
Et niveis, si qua ulla, notis) sua gaudia vates
Jungit & ipse, altæ recubans sub tegmine RVTÆ,
Lætantesque inter, submissaque vota ferentes:
Et mihi: Salve, inquit, salve, lux aurea, salve,
Qua Phoebo non ulla magis, non ulla catervæ
Gratior esse potest Clariæ, terrisque Variscis,
Et Mysiis, quas Pica rigat, Salæque fluentum.
Salve, inquam, atque novo quotiens illuxeris ortu,
Candidior meliorque redi, nova gaudia semper

Atque

Atque augmenta ferens, RVTÆ illæsumque vigorem.
 Te Mavors non turbet atrox, non fulmina mortis
 Terrificent rapidæ, morborum aut nubilus horror.
 Semper clara redi ac furvæ caliginis expers,
 Donec vel Pylios Princeps superaverit annos.
 Tu vero & PRINCEPS, salve, nova & ardua Vatis
 Destina Plisini, ac lux optima maxima gentis
 Aoniæ, salve, dumque hæc Genialia gaudens
 Gaudia, & augustos meditans, nisi fallor, amores,
 Phœbi instar, montes radiis fulgentibus altos
 Collustras, humiles Felleri haud despice valles.
 Dixerat, & roseo conspersus lumine tanti
 Titanis, sese ipsa putat contingere summi
 Vertice tecta poli, camposque intrasse beatos,
 Incensusque novis, conspecto hoc fidere, flammis
 Discupit & tædis epos accinuisse futuris.
 Interea hoc sese & reliquos solamine Cygnos
 Erigit: Abjectas ne prorsus credite Musas,
 Musicolæ, ut Stygius vobis obganniat ales,
 Vestraque eant nigri turbatum carmina corvi.
 Numina nam tria sunt non aspernantia vates,
 Augustus nempe Imperii LEOPOLDUS Apollo,
 FRIDRICVSque, novus Brennorum Marchidos Heros,
 MAURITIUSque WILHELMVS, A VI admirabile
 sangven
 ENSIFERI, atq; PATRIS, nunc astrica regna tenentum,
 Surgit io Vatum altus honos de pulvere, surgit,
 Priscumque instaurat, triplici sub Numine, florem.



tris
CO,
am,
ndēt

Pon Xa 3408, Fk

ULB Halle 3
003 700 720



sb.





h. 17, 33

Xa
3408

NOVO
ERVDITIORIS ORBIS
PRÆSIDIO AC DELICIO

REVERENDISSIMO AC SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO

DN. MAVRITIO

VVILH

DVCI SAXONIÆ,
MONTIVM, POSTVLA
PRÆSVLATVS NVMB
VIO THVRINGIÆ, M
NEC NON VTRIVSQV
HENNEBERGICO,
RAVENSBERG
VENS

VIÆ AC
RATORI
NDGRA-
MISNIÆ,
RINCIPI
CÆ ET
A.

DOMINO SVO C

GENETH

D. XII. MARTII. AN

FELICIT

ET PEGAVIÆ AD E
PRINCI

VNA

SERENISS. CI

DNN. FR

SOLENNITER C

CELE

SUBMISSISSIME

L. JOACHIMVS I

POES. PP. IN ACA

BIBLIOT



SIMO,

XIX.

VS

YGN.

LIPSIÆ,

Typis CHRISTOPHORI GVNTHERI.

